



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XIX. Nostra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

IIX.

NON FIERI, vel ita fieri, ut factum non dureret, paria sunt. *l. si pro parte 10. §. versum 5. ff. de in rem verso.* Ant. Morel. Bononiens. decis. 40. punct. 7. num. 18. Surd. consil. 190. n. 9. & consil. 245. n. 14.

CAP. XIII.

De Non-usu.

Axioma I.

Quæcunque in facto consistunt, ea non-utendo non amittuntur, quia illa ante factum non sunt in rerum naturâ, nec dies illorum antea cessit, ergo non poterunt non-utendo amitti. Exemplum est in operis servorum & in servitute habitationis. Conf. Brunnem. ad l. 10. pr. ff. de usu & habit.

II.

Quoties quis jure reali decennio seu vicennio non usus, cum uti potuisset, toties illud amittitur.

Ratio consistit partim in negligentia, partim quia tanto tempore acquiritur jus reale, tantò ergo etiam debet amitti juxta l. 35. ff. de R. J. ita privilegium intuitu rei datum non-usu decem annorum extinguitur. Mev. P. 2. Decis. 11. Carpz. P. 2. Consil. 3. Defin. 23. ita servitus per non-usum decennii inter præsentis, inter absentes verò vicennii finitur. l. 13. seqq. C. de Servit. & aqu. l. 8. quemadm. serv. amitt.

Limita: nisi usus juris alternis, ternis aut quaternis annis tantum concessus, sic enim decennium duplicatur, &c. l. fin. pr. C. de servit. l. 7. quemadm. serv. amitt.

CAP. XIX.

Nostra.

Axioma I.

NOSTRA omnia facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. l. 1. §. 6. vers. omnia. C. de veteri jure enucl. gloss. verb. consule, in §. plebiscitum. Instit. de jure naturali. [unde Imperator Justinianus Digestorum libros suos vocat l. ult. C. de testament.] Ant. Gomez. l. 40. Tauri. n. 89. vers. tertio. & l. 48. n. 3. Rebuff. in praxi benefic. part. 1. tit. de infirmis. gloss. 2. n. 3. pag. mibi 204. Alex. consil. 123. Scripsit. n. 17. lib. 4. Cardin. Tusch. pract. concl. tom. 5. lit. N. concl. 105. n. 63. Surd. consil. 301. n. 44. & 47. Melch. Phœb. Lusitan. decis. 28. n. 12. tom. 1.

II.

NOSTRUM quod semel est, amplius nostrum effici non potest. [l. non ut ex pluribus 15. ff. de R. I. l. 3. §. ex pluribus 4. ff.

de acquir. poss. l. an ead. 14. §. 1. ff. de except. rei judic. Duen. reg. 211. Ludov. Gomez. ad §. sic itaque. Instit. de act. n. 9. comm. Dd. Coras. ib. num. 4. & Ursil. n. 4. Vult. Consil. Marpurg. consil. 35. vol. 3. num. 204.] Menoch. consil. 265. num. 5. Et nostrum non potest à nobis sine facto nostro auferri, [l. id quod nostrum est 11. ff. de R. I. c. ab eo 31. de elect. in 6. Herm. Vult. 2. Consil. Marpurg. 25. n. 59.] idem Menoch. consil. 161. num. 19. & consil. 296. num. 10. & consil. 477. n. 7. Melch. Phœbos, ubi supra.

CAP. XX.

Notabile.

Axioma I.

Notabilia quæ sunt, specialiter significari solent, ne videantur neglecta, l. item 15. §. 26. ff. de injur. l. 1. §. dixerit. 2. ff. de publican. l. 3. §. 1. vers. nisi. ff. naut. caupon. stabul. c. quampis 38. de præbendis in 6. Menoch. adipiscend. possess. remed. 4. num. 834. Dec. consil. 272. Ancharan. consil. 215. n. 4. Coler. de process. executiv. in præfat. n. 6. Dn. D. Bitchius in Comment. ad cap. 35. T. 2. notab. 3. Quæ enim speciali nota & expressione digna sunt, ea in specie & nominatim exprimi debent. l. eos 3. C. de aqueduct. Afflict. decis. 111. n. 9. Alex. consil. 104. in fin. lib. 1. Cravett. consil. 880. n. 19. Unde & ea, quæ magni sunt momenti, speciali notâ digna esse, ex c. fin. de præbend. c. cum Clericis 19. de V. S. referunt Cravett. consil. 895. n. 21. Regner. Sixtin. 2. Consil. Marp. 9. n. 87. cum, quæ notabiliter sunt, pro neglectis haberi non deceat. Neviz. in sylv. nupt. lib. 4. n. 269. quia diurna. Novell. 82. c. 3. Dd. in l. non minor. in fin. C. de transact. ac diuturna, Jafon. in l. judice. ff. de judic. n. 2. proinde observatione diligentiore sunt perneccessaria. Ulp. lib. 35. ad edit. l. 1. de suspect. tut. cum & insuper frequentia. Dec. in tract. crimin. part. 2. lib. 4. cap. 1. num. 4. Guilhelm. Boeckel. de publ. judic. in præloquio. Hippol. de Marfil. ad L. Cornel. de S. car. Arius Pinellus ad l. 1. part. 3. n. 40. C. de bon. matern.

CAP. XXI.

Notariatus, Notarius.

Axioma I.

Notariatus ars est bona & honesta, arg. Nov. 8. c. 8. vers. quis enim non diligit Eccles. 10. non vilis & infamis, sed nobilis. Guilhelm. Royvill. lib. 3. de justit. & jur. cap. 4. num. 4. Chassan. in Catalag. glor. mund. part. 7. consider. 50. & part. 11. consid. 11. Et nobilem honestumque virum exercere convenit. Menoch. consil. 552. per tot. lib. 6. Cephal. consil. 238. num. 20. Unde & illegitimi & infames à tali munere repelluntur. Reichs. Abschied 1. de Anno 1612. §. Erstlich vord.